tuum servare contempserint, vin-
culo excommunicationis astringas. Idem
Ioneti(?) episcopo.

Quoniam nemini licet exce-
pta causa fornicationis uxorem
dimittere, constat quod sive lepra
percussa fuerit seu aliam gravem in-
firmitatem de terra(?) non est a
viro propterea separanda, vel etiam dimit-
tenda. Leprosi autem si continere noluerint
et aliquam que sibi nubere velit inve-
nerint, liberum est ad matrimonium convola-
re. Quod si virum sive uxorem le-
prosum fieri contingat, et infirmus
a sano carnale debitum exigat,
generali precepto apostoli quod exigitur est
solvendum. cui precepto nulla in
hoc casu exceptio invenitur. Urbanus
iii. episcopo Florentino.

Litteras(?) et I. quod postulasti utrum
post sponsalia de futuro inter
legitimas personas contracta, quam quis
antequam uxorem educat, alter eorum
lepre morbum incurrat, alius
ad consummandum copulam matri-

talem. compelli debeat. R. quod ad eam accipiendam cogi nō debet cū nec etiam inter eos matrimonium fuerit consummatum.

Dicimus idem Cantuariensi archiepiscopo. De coniugio servorum.

Dignum est et cetera. Sane iuxta verbum apostoli, sicut in Christo Ihesu neque liber neque servus est a sacramentis ecclesie removendus, ita nec inter servos matrimonia debent ullatenus prohiberi. Et si contradicentibus dominis et invitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc dissolvenda. Debita tamen et consueta servitia non debent minus propriis dominis exhiberi. Alex. iii. preposito et fratri Mortariensi (?).

Proposuit nobis quedam mulier, quod cū vir eius cū ea diutius permansisset, notam eis condicionis obiecit, asserens eam esse ancillam, quam liberam esse credebat, cū eam duxit in uxorem. Et infra. Quocirca si constiterit quod idem vir prefatam mulierem postquam illam audivit esse ancillam carnaliter cognovit, ipsum monitione premissa compellatis eam sicut uxorem maritali affectione pertractet. Si vero aliter fuerit et servitutem divortium proferre contingat, mulieri pecuniam quam prefato viro pro dote contulit restitui faciatis.

Urbanus iii. Armenensi (?) episcopo.

Licet et cetera. Sane super eo quod fuit propositum, an mulier possit divortium postulare pro eo quod vir cū quo fuit condicionis ignara contraxit, servus monasterii probatur, cū econtrario idem vir precium suum cuius condicionem secundum legem provincie sequitur tempore matrimonii pro libero se gessisse, et iam elapso decennio nec per se nec suo nomine se status controversiam passum constanter affirmet: inde nobis ratione temporis et favore libertatis pro parte viri securius videtur respondendum. Innoc. iii. episcopo.

Ad nostram noveris audientiam pervenisse, quod G. presbyter cardinalis apostolice sedis legatus mulierem quandam propter condicionis servilis errorem separavit a Jo. Et infra. Quia si constiterit quod mulier ignorans contraxit cum ancilla, et quod postquam intellexit condicionem ipsius nec facto nec verbo consensit in eandem, propter quod prefatus cardinalis eundem ab eius fuit consortio separatus, contrahendi cū alia liberam ipsi concedas auctoritate apostolica facultatem.

Regesto. De natis ex libero ventre.

In decens esse credimus ut progeniti ex una seu ubertate ad servitia retrahantur, sancimus et precipimus ut dominici nullatenus ab ecclesie parte que dominium sibi debeant obviare; ab eius molestia sine aliqua retentione compescas eandem. Dummodo tamen si aliqui prius eadem ubertates tribuerint, ab ecclesia aliqui debent revocare. Alex. iii. Salernitano episcopo. De cognatione spirituali.

Utrum autem filii quam vir post compaternitatem genuit possint ad invicem copulari, canones secundum diversitatem locorum

Right margin note: ... filios suos quos voluit ad servitutem revocare ...

Bottom margin notes:

Error: qualitatis, ut si quis credit contrahere cum meliore ... / fortune, ut si quis credit contrahere cum paupere ... ; ista non dirimunt matrimonium. / Condicionis, ut si quis ducat ancillam quam credebat esse liberam; ista autem dirimunt iam contractum.

Dignitas sacramentorum vel ... sacramentum quod dat omnem gratiam ... eucharistia ... baptismus ... est ... sacramentum.

Nota quod illa sola persona qua mediante fit compaternitas inhibet matrimonium ... quorum duo ipsum matrimonium impediunt et dirimunt, scilicet baptismus et confirmatio ... impedit sed non dirimit, ut est cathecismus qui fit ante baptismum.

... mater fonte levavit ... non valet uxor. ... non ... fonte levavit ... non ... habere.

Andreas ... libera ...

consuetudines eorum inuenimus. quod licet primus canon exinde editus natos post conpaternitatem ad inuicem copulari prohibeat. alter tamen canon posterius editus primum videtur corrigere. per quem statuitur ut filii ante siue post compaternitatem geniti sunt. simul possunt coniungi. excepta illa persona. dumtaxat per quam ad conpaternitatem peruenitur. Unde nobis videtur ut secundum posteriorem canonem debeat obseruari. nisi consuetudo ecclesie que scandalum generet. aliter se se habere noscatur.

Idem eidem.

Si vir et mulier scienter uel ignoranter filium suum de sacro fonte susceperit. an propter hoc separari debeant consuluisti. g. t. t. R. quod quamuis sit generaliter institutum ut debeant separari quidam tamen humaniter sentientes. aliter statuerunt. Ideoque nobis videtur quod si uir et ex ignorancia. siue ex malicia id fecerint. non sunt ab inuicem separandi. nec alter alteri debet debitum subtrahere. nisi ad continentiam seruandam possint induci. quod si ex ignorancia id factum est. eos ignorancia excusare videtur. si ex malicia eorum sua fraus non debet patrocinari nec dolus. Idem Ingilberto.

Super eo quod a nobis tua ... requisiuit. fraternitas de duobus compatribus. R. quod si tales filii fuerint per quos alterum uel utrumque pariter ad compaternitatem venerint. eos coniungi nulla ratione sustineatis et coniunctos. auctoritate Romani pontificis non dirimas separare. Ceterum si per uentum fuerit in Noy ad compaternitatem uentum fuit. de huiusmodi te volumus consuetudinem metropolitane ecclesie uel aliarum circumpositarum inquirere et diligenter imitari. itaque si eadem ecclesie consuetudo habet ut inter eos non debeat sustineri coniugium fieri. si factum firmitatis robur habere. tu sibi in ecclesia tua contrahi coniugium huiusmodi non permittas. et si quos talis coniunctos inueneris. iuxta eandem ecclesiarum consuetudinem ipsos separari ab inuicem non omittas. Verum si de consuetudine habeatur ut talia coniugia permittantur ibi. ecclesia tua dissimulare poteris ita quod non contradicas. nec tamen videaris prestare assensum. quia sicut generale est antiquam consuetudinem circumadiacentium ecclesiarum super hiis contempnere. sic quoque grauius videtur. si propter casum hii coniugiis tam indulgeres assensum. cum posset sic in exemplum trahi.

Clemens III.

Martinus bertam duxit uxorem. tedbgam que copulauerit lotharius que berte et martini filium de sacro fonte suscepit. L. et B. sublatis de medio. M. cum t. prefata contraxit. Nos autem consultationi duximus respondendum. quod cum per unionem uiri et mulieris efficiantur per connubium una caro. liquet est tedbgam non posse matrimonialiter copulari Martino qui compater eius fuit. cum quo una caro tedbga noscitur ext

tiue. Idem ...

Contracto matrimonio inter
P. et A. uxorem. quidam con
sanguinei eiusdem A. quod minime
obiecerunt. quod in primo facti sa
cro parbulo filium quondam concubi
ne ipsius P. tenuit et I. uiri si
gnauerit. Ita est quod diximus. non
ideo tamen contractum uinculum soluetur
quod uel uix contrahendo uinculum impedi
mentum afferret. Ideo ad quod. quod per
fata P. auctoritate nostra iniungas. ut
memoratam A. sicut uxorem
maritali affectione pertractet. et
carnale debitum ab ea exigat
et persoluat. sic ipsam ante uinculum
contractum cum P. filium postea consti
tit hoc egisse. dum tamen si in fraudem
dem hoc fecit. cum matrimonium se
parandi penitentiam pro presumptione ac
cipiat matrimonio in sua firmi
tate durante. Innocentius III. episcopo
et archidiacono lincolniensi.

Veniens ad apostolicam sedem G. anglicus
et I. nostri quod. si constitutis H. muli
erem fornicatam uiri filium de sacro
fonte leuasse. antequam cum ea de
sponsasset in uxorem. uos mandato eos
diuortium apostolicum celebretis. Idem
magistro S. canonico hereford.

Ad nos duxit discretio consulendum
an natus ante compaternitatem
filia compatris sui uel filia commatris
sibi possit matrimonialiter copula
re. et si contraxit. an debeant sepa
rari. et an concubitus talis in minu teneat
tur illud in publico accusare.
Super quo. respondemus. hii persone inuicem
possunt contrahere. et si contraxerunt. consistit ...

ab inuicem separari. et qui contractum
tum sciunt debent illud eccle
sie nuntiare. Gregorius IX.

Exhibita nobis accepimus quod cum
G. miles coram officiali cantu
ariensi peteret in maritum et se assi
gnatam ab eo ac carnaliter cogni
tam preterea ydoneos probauit
testes tandem testium depositionibus pub
licatis. id ar. excipiendo proposu
it. quod eam habere non poterat in ux
orem pro eo quod ipsum patrem mulieris
eiusdem qui sacerdos exstitit bap
tizauit. sed cum idem officialis excep
tionem hanc non admisisset. diffiniti
uam tulit sententiam contra ipsum. et idem
sedem apostolicam appellauit. ad quod. si ita est
eundem A. super hoc ab impetitione
mulieris absoluatis ipsius eidem
mulieri perpetuum silentium impo
nentes. Nicolaus ad consulta
bulgarorum. De cognatione legali. ca.

Ita per adoptionem foedus in ce
pit quod dum durat ad oppo
mento me et ipsam. nuptie consis
tere non possunt. ex x. q. ap ... media.

Siquis cum De eo qui cognouit consanguineam uxoris
filiastra sua sua.
sciens fornicatus fuerit. fuit. ca.
nec amplius debitum petere. sed filia pos
tea nunquam habere in uxorem. si filias
tra. nec ille nunquam potest alii se
poterit in iure copulare. A lex.
III. pictauiensi episcopo.

Veniens ad nos presentium lator
et I. inquisitionem ... R. quod si
matrem sponse sue cognouit. sed
sponse numquam carnaliter adhesit.
ini penitenda est ei pena paulo

Si quis accipere filiam compatris sui in uxorem dum mater illa non leuauit de fonte ut habetur xxx. q. iii. illud et super solet di...

maior quam pro adulterio / qua pro acta
uel pro te / ipsius / potest ex dispensa
tione cum alia matrimonium contrahere. Ce
terum si sponsam cognouit antequam
uxorem uel postquam eam uel ali
am potest accipere in uxorem. Idem.

De illo qui uxorem fratris auunculi
sui matrimonio iungere se proposu
it cognouisse. R. quod nisi sit publicum
et notorium siue fuerit aut ydoneis
testibus comprobatum. Eadem. tamen ec
clesie illud ipsum prece non permittas.
Ex. iii.

Transmisse nobis tue littere de
monstrauerunt. quod G. uxore sua
defuncta filiam eius priuignam
uidelicet suam copula carnali
cognouit. postmodum aliam acci
piens in uxorem cum priuigna publi
ce tamquam ad carnis uomitum re
diens. illicita uero committere non
expauit. Quia uero super huiusmodi consilium
requisisti. presenti pagina R. quod
legitime uxori cohitans et ne
cessaria subministrans. non cog
noscat eam quamdiu uixit nisi
ab ea fuit requisitus. et tunc ad
ipsam non sine graui cordis dolore
accedat. qui et perpetuo incestu et ad
ulterio donec cum ea permansit et
iuxta modum tuum arbitrium peniten
tiam agens. postmodum si superuixit
perpetuo sine spe coniugii permane
bit. Idem.

Super eo quod postulas utrum coniugi
tus qui ante matrimonium contractum uxo
ris sue consanguineam carnali com
mixtione cognouit. cum id fatea
tur uel aliquis per uicinie hec
acclamare dicatur. sit ab uxo
re sua iudicio ecclesie separandus.
R. Rescribimus quod propter con
fessionem tantum uel rumorem
uicinie. separari non debent. cum
et quamquam non nulli matrimonium se iniuncti ue
lint colludere. ad confessionem in
certus facile prosilirent. Si
suo iudicio credunt per iudicium
ecclesie concurrendum. rumor autem
uicinie non est adeo iudican
dus ualidus. quod nisi rationabiles et
fide digne persone accedant
possit bene contractum matrimonium irritari.
Innocentius iii. preposito magdeburgensi.
Discretionem tuam etc.

De sane ex parte tua fuit propo
situm quod quidam cum muliere qua
dam legitime putata desponsata
contraxit. quam postmodum a se iniqui
tatem eiusdem consanguine
o suo tradidit. in quam cum potuit
reuertentem. ille uero cum ipsa
licet iniuncta matrimonii sollemp
nia celebrauit. Sed mulier quam
cito fuit reddita libertati aufugit
ab eo et se priori uiro reddi postu
lauit. Nos igitur inquirimus etc.
quod et uiro pro tam turpi facinore con
ueniens est pena iniungenda et mulier
super publica honestate est mo
nenda sollicite ut non primum repe
tat cuius consanguineus eam licet in
uitam cognouit non redeat ad se
cundum non potest propter reatum adulterii
commissi. Sed in continencia mane
at donec prece fuerit iuratam uiuere
carnis in seculo quod si forsan ad id
induci nequiuerit. uir prece tamen.

redire ad ipsam et maritali affectione tractare. Cum adulterium ei non possit obicere qui eam ad incestandam tradidit presertim in vitam. Sane secundum evangelicam veritatem nunquam nisi propter fornicationis causam aut vir uxorem aut uxor virum dimittere debet. Si tamen super hoc causam eandem vel uxor virum vel vir potest dimittere uxorem, cum possit exceptione vel replicatione legittima impediri. Sed non affinitas que post contractum legitime matrimonium inter virum et uxorem incurritur contrahit, ei debet efficere quod hi in quibus talis participes non extiterit, cum suo iure non debeat sine sua culpa privari. Postquam etiam a quodam predecessore nostro dicatur in simili casum fuisse distinctum, utrum incestus vel ad notitiam manifestam sint que occultum aliis assentientibus inter gradum proximum et remotum esse precipit distinguendum. Cl. Vigintiquatrum ar.

Fraternitati tue et cetera. Chie.

Audivimus Smaragdum Apptam quam in eum canonice promulgasti qui illam sibi postea copulavit presumpsit cum Anna sororem ad huc septennem contractis sponsalibus extraordinata libidine nosceretur polluisse. Idem episcopo Gerundensi.

Ex litteris F. T. accepimus quod B. lator eorum matrem puelle quam infra nubiles annos desponsaverat in uxorem carnaliter sepe cognovit et post carnalem commixtionem puella recedit ad vitam et cetera.

Nos autem eidem viro primam iungi fecimus propter predicta. Contra. Vero quod eis ab invicem separatis mulier alii viro non nubat, si propter quod non viri et mulieris delictum ei non erubuit commisceri, vir et mulieris nunquam debent ad alias nuptias convolare, sed sub continentia servare tenentur, et encorme (?) ubi crimen commiserunt, presertim personas huiusmodi de lapsu carnis minime timeatur. Idem archiepiscopo Madeburgensi.

Veniens ad apostolicam sedem E. laicus nobis proposuit quod cum tempore infantie sue quandam puellam se ducturum iurasset in uxorem quam cito ad legitimam pervenisset etatem, post puelle tamen consensum hinc fide et sacramentorum obligatione firmata, eum in propria domo recepit et nutrivit in simul cum puella. Deinde ex diuturna societate puelle carnaliter se conmixus tandem amicorum suorum devictus instancia quam iuravit in uxorem accepit et nuptias celebravit. Quam se illi importunitas ingerebat, cognoscere tamen nunquam.

Nunc licet in presentia tua super hoc fuit accusatus, convinci non potuit, tamen suum voluit confiteri delictum. Nunc autem ecclesiasticus adeo penitens de commissis salutis sue consilium requirit impendi. Cum igitur non tantum a malo sed ab omni specie mali precipiat apostolus abstinere, ad questionem predictam per hic consanguinitatis excessum in iuncta penitentia competenti

consulens et commonens illum salubriter et moneens ut de cetero abstineat ab utroque. Ex. archiepiscopo Segoniensi. Cum P. dericio postulavit. ·ij.

Tuarum igitur qui cum sorore legitime coniugis fornicatur cum uxore postmodum commorari et exigere debitum ac solvere requisitus. Nos igitur quod uxor ut a commixtione viri abstineat propter publicam honestatem et in continencia maneat donec vir iniquam vinculo carnis ingressus fuit diligencius est monenda. Et si forte commonicatione recusans talis fuit ut de lapsu timeatur tempus viri eius poterit et debebit cum dei timore debitum ei solvere coniugale: cum affinitas post matrimonium contracta illi nocere non debeat. Quia iniquitatis particeps non existit.

Rego. ix. episcopo pictaviensi.

Iordane mulieris peticio continebat. quod cum .I. laicus cum ipsa que tunc duodecimum etatis sue annum compleverat puella desponsata contraxit et eam infra eiusdem anni spacium carnaliter cognita matrem tempus quo nubili aetate copulare et ad amplius nubite commixtionis amplexus procedere non expectavit et .I. quere prestatam .I. supplicavit ut cum carnis stimulis resistere negaret sibi nec iure suo sine sua prompta fraudes prouidere salubriter dignaretur. cum .xxv. ·xi· quod si res ita se habet utrumque ipsorum ad vovendam perpetuam continenciam attente moneas et inducas. et si ad eam induci nequiverint mentem earum .I. in iuncta ei primitus penitencia conpromisso in

cestu pena competenti ut eidem cohabitet et coniugale debitum reddat exactus. Ex. ceri. conpellas. ·ix· ·iij· ca sunt. alibi. **De affinitate et consanguinitate.**

Ex litteris tuis accepimus quod cum quidam secreto quandam viduam sub arraris et carnaliter cognovisset et .I. tandem cum viro patris certo eam in conspectu ecclesie sub arrare surrexerunt duo proponentes quod iste qui eam sub arrare voluerat parentem viri quarto gradu consanguinitatis attingit. Vir autem ita se audisse iuravit a vis noluit id iuramento firmare. et .I. nunc quoque prima relinquens. et iuraverunt duo coram archiepiscopo plurimis baronibus quod primus vir fuit suprascripti. v. consanguinitatis gradu coniunctus. quoniam ecce .xx. quod utraque partem ad tuam presenciam convoces et facias testes coram te iurare. et .I. inquisita non diligencius veritate: si per testes eorum suspectos omni exceptione maiores inveneris quod primus vir supradicte in .iiij. gradu consanguinitatis attingit non differas divorcii sententiam promulgare. ecclesie sic canones dicunt abstinendum est a consanguineis uxoris sue propriis. Ceterum tuam prudenciam volumus non latere quod non sunt cause minimi per quas sed per iudices dictos qui potestatem habent in dicendi et statuta canonum non ignorent. Urbanus. iij. burdegalensi.

Super eo quod nobis. ·galensis archiepiscopus. nem asseris puellam quandam

nondum nubilem fide media postea
desponsasset, que iam facta nubilis
non repetit, et ille excepit dicens
se non debere eam ducere pro eo quod
quandam puellam affidavit eandem
carnaliter cognoscendo, ipsius cogno
vit. Inquisitori. c. d. R. quod
si manifestum est invenerit cog
novisse consanguineam predicte puelle
vel si non est manifestum fama
tamen loquitur hoc habet ei cum sponsa
tamen defuncto. idem ab eius impe
titione debet absolvi. c. Ebor.

Quod dilecto et J.

Quesivisti utrum si quis a
stipite per descendentem lineam .vi.
vel .vii. gradu distet possit
ei qui ex alia parte per lineam descen
dentem ab eodem stipite .ii. vel
.iii. distat matrimonialiter
copulari. Nos in diligenciam
apostolice sedis legati quod primum
est hoc; tibi illius in .vi.
gradu coniungi quod videtur posse
fieri secundum regulam quam de computatione
dicit quis a stipite et aliquis
per aliam lineam descendencium
ab eodem. Quem tamen de
consuetudine terre quantitatis
casus cum sit incole ipsi proxi
miores gradum quietos separant
et impediant copulari vo
lenter. Nos itaque R. quod in
diligencia illa sic est intelli
genda quod uterque coniugendorum
distat a stipite .vii. gradu
suo alter .vi. vel .vii. gradu dis
tat a stipite alter a .ii. vel .iii.
coniungi non debent. Ut in hac

parte dixerimus institutioni magis
et observate consuetudini deferen
dum quam aliud in dissensionem
et scandalum populi statuendum
quandam adhibita novitate.
Inno. iii. archiepiscopo et capitulo tar.

De infidelibus ad fidem. .ii.

Consulis. utrum fratri coniugem suam secundum legis veteris
institutionem contractam in gradibus affinita
tis cognatione denotatos quique
sunt separari debeant post
baptismum. Consilium tibi duximus respondendum quod
matrimonium sic contractum non est post bapti
smi lavacrum separandum, cum Iudeis
dominus requisierit fratris uxorem
ex eiusque eam dimittere ipsius susci
tandi, quos etiam coniunxit hoc non
super ipse habuerint eum in
ter eos. De rasam archiepiscopo

Quod super hiis et J. super cogna
tione quod pater et filius cum mater et
filia et duo cognati cum duabus
cognatis avunculus et nepos cum
duabus sororibus coniuncti sunt in
ita c. duximus respondendum quod licet omnes
consanguinei viri sint affines
uxoris et omnes consanguinei ux
oris sint viri affines, inter con
sanguineos tamen uxoris et viri
ex eorundem viri et uxoris co
niugio nulla prorsus affinitas est con
tracta propter quod inter eos matrimonium de
beat impediri. Sic autem
infra gradus prohibitionum contracta habe
re debes publice inhibere et
presumptores ecclesiastica districtio
ne punire non obstante con
suetudine que dicenda est potius

corruptela. Idem.
Quod ... et J. petro de nobili uiro
N. pater dispensationem indul-
gencia s. remanendi cum ea que
ipsum quarto consanguinitatis gradu
contingit a sede ap. optinenda. Frater
nobis cum fuerat allegatam presentibus
dei; cum tamen ante dispensationem
obtentam mulier filia quam ha-
bebat iam fuit uniuersi car-
nis ingressa. pro ut tua consultatio
continebat dissimulare potius
ut remaneat in copula sic con-
tracta. cum ex separatione sic as-
seris grauius uideatur scandalum i-
minere. Idem.

Tua nos duxit fraternitas consulen-
dos. utrum illorum sufficiat
testimonium ad matrimonium dirimendum
qui consanguinitatis gradus
ab auunculo et nepote uidelicet
fratris filio uel sororis incipit
computare. Sol. quod in qu. t. et
R. quod cum coniugium inter tu fauo-
ris obtineat. testes qui ad di-
uortium celebrandum producti con-
sanguinitatis gradus computant
a stipite debent incipere .i. a pa-
rentibus uel germanis et sic per ordi-
nem distinguere gradus nominibus pro-
priis uel equipollentibus. iudica-
tis designando personas. presertim
cum sepius testimonium perhibeant
de auditu. quod quamuis est ualde
quando non est in articulo huiusmodi nimium
laxanda facultas cum quis ratione
computationem incipiens a se (stipite)
eadem ab istis inchoaret.
Idem in concilio generali.

Non debet reprehensibile iu-
dicari si secundum uarietatem
temporum statuta quandoque uarientur
humana presertim cum urgens
necessitas uel euidens utilitas
id exposcit quoniam ipse deus ex
hiis que in ueteri testamento statu-
erat nonnulla mutauit in nouo.
Cum igitur prohibitionem de coniugio
secundo et tertio affinitatis genere
minime contrahendo et de so-
bole suscepta ex secundis nuptiis
cognationi uiri non copulan-
da prioris et difficultatem fre-
quenter inducant et aliquando pe-
riculum pariant animarum. cum ces-
sante prohibitione cesset effectus.
constitutiones super hoc editas fa-
cili de approbatione concilii reuocan-
tes presenti constitutione decer-
nimus ut sic contrahentes de cetero libere
copulentur. prohibitio quoque co-
pulae coniugalis quartum consang-
uinitatis et affinitatis gradum de-
cetero non excedat. quoniam in ulte-
rioribus gradibus iam non potest absque
graui dispendio huiusmodi prohibitio
generaliter obseruari. Quaternarius
uero numerus bene congruit prohibitioni
in coniugio corporali de quo dicit
apostolus quod uir non habet potestatem sui
corporis sed mulier. neque mulier habet
potestatem sui corporis sed uir.
quia quatuor sunt humores in corpore
qui constant ex quatuor elementis.
Cum ergo iam usque ad quartum gradum
prohibitio coniugalis copule
sit restricta eam ita uolumus
esse perpetuam non obstantibus

constitutionibus super hoc dudum editis. Vero alius vir duobus ut sequitur, quae prohibitionem hanc praesumpsit copulari, nulla longinquitate defendatur annorum, cum diuturnitas temporis non minuit peccatum sed auget, tantoque graviora crimina, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam.

Vir qui alapitur. Gregorius. Quanto gradu quis mulieris quae ex alio latere distat, quanto secundum regulam supputata quoto gradu remotiore distiterit alapitur, et a quibus per aliam descendentium quibus eodem licite potuit matrimonialiter copulari. Ex Burcardi l. xx.

De frigidis et maleficiatis et impotencia coeundi.

Accepisti mulierem et per aliquod tempus tenuisti permanentem aut per tres aut per annum, et nunc primum dixisti te esse frigide nature, ita ut non possis coire cum illa, non tamen cum aliqua alia. Si illa que uxor tua esse debuit eandem affirmat quod tu dicis, et probari potest per iustum iudicium ita esse ut tu dicis, separari poteritis, ea tamen ratione ut si postea aliam acceperis, reus periurii diiudiceris, et iterum post peractam penitentiam priora conubia reparare debeas.

Illa autem si uxor post annum aut dimidium ad episcopum aut eius missum proclamaverit, dicens quod non cognovisset eam, et tu autem contrarium affirmas, tibi credendum est, eo quod caput es mulieris. Quod si proclamare voluit, cur tam diu tacuit? Cito enim et in primo tempore scire potuit si secum coire potuisset. Sciant statim in ipsa novitate per mensem aut duos ad episcopum aut eius missum proclamaverit dicens: volo esse mater, volo filios procreare, et ideo maritum accepi. Sed vir cum quo accepi frigide nature est, et non potest illa facere propter que illum accepi. Si probari per rectum iudicium separari potueritis, et illa si voluerit in domino alii nubat. Ambianensi episcopo.

Quod sedem [?] et I. Sic puer qui non potest reddere debitum non est aptus coniugio, sic qui impotentes sunt minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur. Idem.

Ex litteris tuis accepimus quod quidam xvi. annorum quandam annorum xiii. duxit uxorem, que cum ei debitum reddere nequaquam possit, tamen quendam in fertilitate contraxit, ut eidem viro sic fecit mulieri et instrumentum ei impeditum, ita quod vir ei commisceri non potest. Respondemus quod si vicium illud mulier a natura contraxit, non opere medicorum poterit adiuvari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem. [?] vel. in.

Consultationi tue qua nos consuluisti utrum femine clam se impotentes commiscere maribus viri possint contrahere, et si egerint debeat rescindi taliter. Respondemus quod licet incredibile videatur quod aliquis cum talibus contrahat, tamen eo cum est consuevit in talibus iudicare ut quia tamquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores.

Item. eidem. [illegible]

Laudabilem etc. Requisivisti utrum
ipse in dubio genus sit naturaliter
frigidus ad experientiam copule
nuptialis, et cetera. Super quo in presen-
ti consultatione sententiam nostram atque
celebri conjugio si frigiditatis propter
impedimentum non possit cohabitare per trien-
nium, quo elapso si nec tunc cohabita-
re voluerint, et mulier decernimus quod
mulier per virum judicium de viro separa-
re potuit quam cum ea commisceri non pos-
sit, accipiat alium. Si autem ille
aliam accepit separentur, quia si ambo
consenserint prius sedeant eam et
sine uxore salte habitare sororem.
Si autem quod nunquam invicem cognove-
rint ambo fatentur, vii. manu
propinquorum vel vicinorum bone fame:
si propinqui defuerint, tactis sacro-
sanctis evangeliis, uterque jure-
jurando dicat quod nunquam per car-
nis copulam una caro effecti fu-
erint, et tunc videtur quod mulier va-
leat ad secundas nuptias convolare:
vir si ille aliam duxit, tunc
hii qui juraverint rei periurii
teneantur, et pacta priora cogatur
ad connubia priora redire. Inno-
centius Altissiodorensi episcopo.

Fraternitatis tue litteras acce-
pimus continentes quod quedam
mulier cuidam viro matrimonialiter
nupserit. Cum quo moratam per mul-
tos annos non potuit carnaliter
ab ipso cognosci, licet autem per archipres-
biterum tuum super hoc fuisset edoc-
tum, tu nolens habere certitudinem
pleniorem, eisdem matronas sine
periculo prudentes et honestas
ad tuam presentiam evocasti.
districte injungens sub periculo
animarum ut mulierem ipsam pru-
denter inspicerent et perquirerent
diligenter utrum ydonea esset ad
viriles amplexus. Que tandem in fide
sua asseruere constanter quod eadem
nunquam potuit esse mulier, audito quod illius
tactum cum nullus decerat instru-
mentum, sed nec ipsam conjugium di-
vortium celebrasti, mulierem indu-
centes ut ad religionem aliquam se
transferret, promittendo continentiam
servaturam, et viro licentiam
tribuisti ut uxorem duceret, quia
si pater cupiebat. Contigit autem
postea quod mulier invenit qui in
seras hiis reseravit. et abiciens
continentiam quam promisit, vel
latere presentiam suppressit. Quoniam
nunc quod semipleniter nobis expresse-
rit quod dicta mulier se promise-
rit continentiam servaturam, utrum
videlicet simplici verbo, an voto sol-
lempni, utrum ne ad religionem
transierit ut promisit, aut contra
promissionem in domo remanserit, per
quem seras illas fecit reserari,
utrum videlicet artificio medicinam,
concubitu viri. Sentencio quibus
mediis, super tamen presentia attendentes
quod impedimentum illud non e-
rat perpetuum, quod preter divinum mira-
culum per opus humanum absque
corporali periculo potuit removeri.
Sententiam divortii per errorem liquet
latam nominis esse prolatam. cum
pateat ex primo facto quod ipsa

prius balneata ne per aliam medicamina obstrusit quam ut in ualeat. [illegible] post balneum, quemadmodum et ipse hostiensis

no medicet

per carnale commixtione

non minus invenies propter ignorantiam in sentiendi et judicandi sententiam suam seu iste propter ipsa vel aliam hostiensis

cognoscibilis erat illi cui fuit con-
iuncta, et idem vir ipsam et primum
virum omnino minime extitit: quaeri-
mus eam et praefatum W. non esse
minime censendos coniuges; praecipimus ab
invicem separari. Et si praedictus vir
ad religionem transierit, primum vir-
ginem non cognovit eandem, cum ea
remaneat cum qua prius mediante eccle-
siae auctoritate contraxit, alioquin eadem mulier
debet ad illam redire cum qua prius
contraxit, nisi se voto mulier illa con-
strinxit ad continentiam observan-
dam. Ita intelligatur per hoc cum praefa-
to W. fornicata fuisse, vel in-
cestuoso fornicario modo alii viro
miscuit, ut primus vir per textum
fornicationis eius velit consortium
declinare. Illam si tamen simpli-
citer verbo promisit se continentiam
servaturam, et post eam in conspectu ecclesiae
nupsit memorato W. cum dubi-
tatio iste dubitabilis erat,
praesumi debet quod fornicaretur
cum illo. Sed cum non debet cum illo a
honeste remanere. Per hoc
autem quod non nostrum illam noveris esse so-
lutam, quod quaeritur utrum eatenus adeo ar-
cta est ut nulli possit carnaliter
commisceri, nisi per incisionem aut
alio quam sine violentia inferatur
non solum ei licet. Sed forte tam
gravius ut ex ea mortis periculum
timeatur. ad votum continendi debe-
at ydonea prohiberi. Similiter
illa quae viro cui nupserat adeo
arcta est, ut nunquam ab eo vale-
at deflorari. Si ab eo per iudicium
ecclesiae separata nubat alteri, cui

arcta non sit, et per frequentem usum
sedi reddatur apta primo, utrum
debeat ad eum redire, cum ipso
prius foedus inierat coniugale: di-
cimus quod non est facile iudicandum,
cum finale iudicium pendeat
ex facto. Idem. iii.

Litterae vestrae nobis exhibitae conti-
nebant, quod cum eam quae vester vivum-
que mulierem et A. eius
virum litteris nostris fuisset ab ...
... commissa decanus M. proposuit quod
cum ... annis elapsis dicto A. fuis-
set matrimonialiter copulata et
diu cohabitasset eidem adhuc integra
permanebat, eo quod praedictus vir eius
non haberet coeundi potentiam, et re-
petebat divortium celebrari. Prae-
dictus vero A. fatebatur quod illam nunquam
cognoverat, tamen se habere potentiam
cognoscendi alias asserebat. Vos
vero id nec constituentes intra domi-
nam matronis bonae opinionis fide
dignis, ac expertis in opere nuptia-
li, dictam fecistis inspici mulie-
rem, quae perhibuerunt testimonium ipsam
adhuc virginem permanere. Postmo-
dum per presbyterum de cuius parochia
extitit fecistis inquiri, utrum
ipse aliquam cognovisset, sed praecessi
tamen tempore non constare potuit
aliquam esse carnaliter cognitam ab
eodem. Mulier autem requirente
divortium et dicente quod mater esse
volebat et filios procreare, proponen-
te vero viro quod paratus erat stare
consilio ecclesiae, in mixtis eidem tamen
agunt parum de continentia et sic
forte placeret deo qui matrimonium

sunt institute, et actum ut opus matrimonii consummarent, qui per plures annos ad invicem velut presentia consona voce dixerunt, quod non potuerant carnaliter commisceri. Quocirca mandamus quatenus si est ita, et constiterit nobis predictos virum et mulierem infra predictos duos annos per continuum biennium insimul habitasse, ipsis cum .vii. propinquis manuum iuramento firmantibus se commisceri carnaliter nequivisse, prefatis [illegible] suam [illegible] Alex. iii.

Paduano episcopo. De muliere que contra interdictum ecclesie contraxit.

Litteris quas nobis tua fraternitas destinavit expresse declarasti, quod cum quidam sororem suam in nubilem cuidam se daturum in uxorem ea presente et consentiente prestito iuramento firmasset, et illa non post multos dies dona et munera viri [illegible] sponte recipiens ipsum tamen [illegible] sepe amplexata fuisset, tandem mortuo fratre ab eo viro sui fratre se desponsari permisit, et ab eo cognita fuisset, [illegible] asseverat. Cumque ei prohibuisses publice ne cum illo, vel alicui se copularet, ipsa spretis monitis tuis alii nupsit. Non expavescens cum mulieri precepisset ut ad domum mariti rediret, ipsa in tantam audaciam appellavit. Et ideo mandamus, si est ita, prefatam mulierem ne [illegible] tam contemptibile videatur, ad domum mariti redire compellas, et imposita sibi de tanto excessu penitentia condigna, postquam in domo mariti permanserit, ad eundem redire permittas.

Idem Wigorn. et Bat. episcopis.

Ex tenore cant. archiepiscopi nobis innotuit, quod cum G. de [illegible] filiam suam ab [illegible] tem cuidam R. nomine desponsasset, et j. post ea orta suspicione quod prefatus R. ad alia desideraret vota transire, ad examen fuit archiepiscopi causa prolata, qui sub anathematis interminatione prohibuit, ne antequam de sponsione negotio plene constaret, vir ad secunda vota transiret. Sed ipse spreta prohibitione contempta filia W. in facie ecclesie solemniter copulavit uxorem. Cumque archiepiscopus vellet de matrimonio primo cognoscere, dictus M. ad apostolicam sedem appellavit, et appellationi archiepiscopus deferens eidem sub excommunicationis interminatione districtius inhibuit, ne cum muliere donec causa ipsa fine debito sortiretur. Ipsa tamen de tenore [illegible] cuidam alii R. nomine nupsit. Quocirca mandamus quatenus si constiterit quod impediat [illegible] consensum defuturo [illegible] prefatum R. et M. asserit processisse, ea matrimonia inviolabiliter observari, sub appellationis obstaculo iudicetis. Licet quidem eccl. ad secunda vota transire non debuit, non est tamen conveniens ut ob id solum sacramentum coniugii dissolvatur. Alia tamen pena eis debebit imponi quod contra prohibitionem ecclesie hoc fecerunt.

[I]dem paduano episcopo.

De muliere et c. Illos autem qui
infra gradus consanguinitatis prohibitos
coniungi. et postea quam in eodem es-
se receperint, excommunicationi debes subicere
donec tam diu seperentur quamdiu legi-
time cognoscatur utrum eorum matrimonium
possit et debeat stare. Alex.
iii. qui filii sint legitimi.

[C]onquestus est. h. quod cum
quandam mulierem in uxorem
accepit. B. patris mulieris ip-
sam exheredare conatur eo quod ante
desponsationem matris sue nata
fuit, licet postea pater matrem prefa-
te mulieris ipsius accepit in uxorem.
Ideoque mandamus quatinus si est ita, eam legiti-
mam iudicetis. predicto. B. inhibentes
ne dicte mulieri hac occasione
super hereditate patria molestiam
inferat uel grauamen. Si autem contra hoc
uenire presumpserit, eum seueritate
ecclesiastica percellatis. Idem

[C]um inter .I. uetem et .R. mu-
lierem diuortii sententia canonice
sit prolata. filii eorum non debet
eiusdem sententie iacturam. cum pa-
rentes eorum publice et sine contradictione
donec esset inter se contraxisse no-
cantur. Ideoque sancimus ut filii
eorum quos ante diuortium habu-
erunt, et qui concepti fuerant ante
latam sententiam non minus habeantur
legitimi. et quod in bona patria he-
reditario iure succedant et de-
pentum facultatibus nutriantur. Idem
rothomagensi archiepiscopo.

[T]ransmisse nobis uestre littere
continebant. quod cum .h. adiu-

Albericam uel

uentutem quandam puerum nutri-
uisset uxore sua .M. tunc non despon-
sata sibi cohabitante postmodum ip-
sam legitime desponsauit et
filios suscepit ex eadem, quibus
paternam hereditatem petentibus pre-
dictus iuuenis qui dicit gerens se fi-
lium et heredem comitis, antemma quam
ipsum filium eorum esse credebat spuri-
os dicebant. predicti .Ro. .n. et uxor eius
prefatum iuuenem spurium suum
aut legitimum filium esse negabant.
Sed dicebant quod eum pietatis
intuitu nutriuissent, cum autem
questio coram te mota esset et predictus
iuuenis pro eo quod ueritati stare no-
lebat uinculo sit excommunicationis astric-
tus. Consultationi tue taliter respondemus quod in tali casu
standum est iudicio uiri et mulieris
non extraneis iudicio et testibus tunc constitutus
esse filium iuuenem memoratum.

Idem exoniensi et wintoniensi episcopis et
albi herforden.

[C]aterum quia et c. si constiterit quod agatha
de aneli muliere tempore a-
lani uiri sui aspa cum eo tanquam cum
uiro suo morante, ille .R. prefa-
tam agatam agatam ipsam .el. ad-
huc uiuentem uxorem publice te-
nente nati filii eam non fu-
isse legitimam eiusdem .R.
filiam iudicetis quod non probant
esse uxorem qui uiri sui heredem ma-
culans aliis dum ille uiuet co-
pulari presumpserit. Idem exoniensi episcopo
et albi herford.

[L]ator presentium .R. et c. cum an-
te .R. .h. coram te laicam iudi-
ce super hereditate amici eiusdem

R. et J. cum autem idem R. H. coram
Sclari iudice R. petris de H. traxisset in
causam, ille se presumpsit obicere quod
pater eius non fuisset de legitimo
matrimonio natus et ideo de heredita
te avi sui nichil posset iure suc
cessionis vendicare. Tandem cum super
questione nativitatis coram vene
rabili fratre nostro episcopo [illegible] fuisset ad vestram
examinandam appellatum et super
[illegible] cum super questione nativ
itatis patris eiusdem R. infra
duos menses sub appellationis ob
staculo terminetis. Si vero infra
duos menses prefatus H. non po
tuit probare legitime quod obiecit
extitit sclari domino sub eius iu
dicio de hereditate cum utriusque in
timetis, ut questione nativita
tis non dimittat quin causam super
hereditate audiat et decidat, ea
idem Exoniensi episcopo. Idem

Tanta est vis matrimonii ut
qui antea sunt geniti post con
tractum matrimonium legitimi habeantur. Si
autem vir vivente uxore sua
aliam cognoverit et ex ea prolem
susceperit, licet post mortem uxoris
eandem duxerit, nichilominus spu
rius erit filius et ab hereditate
repellendus. Presertim si in mor
tem uxoris prioris alteruter eorum
aliquid fuerit machinatus. Lon
donensi et Wigorniensi episcopis.

Cum quidam miles R. et F. super
eo quod miles dictus R. dicebat non fu
isse de legitimo matrimonio na
tum agitari cognoscerent nobis ed
misimus terminandam. Unde quia

nobis nota nobis innotuit feminam vero predic
to R. possessionem omnium que
possessor extitit, quam annis suis
proficiscendi ierosolimam arri
pivit, auctoritate principalis curie in integrum
faceretis restitui, sicut eadem posses
sione fuerat per violentiam spoli
ata. Nos attendentes quod ad regem
pertinet, non ad ecclesiam de talibus
possessionibus iudicare, ne videamur
nostri regis Anglorum derogare,
qui ipsarum iudicium ad se asserit
pertinere. Fraternitati vestre mandamus quatenus regi possessi
onum iudicium relinquentes de
causa principali videlicet utrum mater
predicti R. de legitimo matrimonio sit
nata, plenius per vos cognoscatis
et eam sine debito terminetis. Licet in quod
um videatur ut nostri devenerit
prefati R. impetrare quod eam inven
te non fuerit videlicet impetrantium. Idem
episcopo et archidiacono Wintoniensi.

Perlatum est ad audientiam nostram
quod cum H. ad partes Con
stantinopolis transisset et ibi mo
ram per decennium et amplius fecis
set, ad I. uxorem suam non re
diret, ipsa a predicto venerabili fratre nostro Wintoniensi
episcopo, ad cuius curiam querelam
deposuit, et quod cum non posset diutius
expectare, nichilominus allegavit
episcopo non sicut vir predictus et dis
tus parentibus viri mandavit
ut pro eo mitterent et ipsum ad pa
triam revocarent. Cumque elapso
longi temporis spacio vir non re
mearet, ad prefata episcopi in conspectu
ecclesie auditis rationibus mulieris in
ter eos firmam divortii promulgavit sententiam absentis.

Ista filia accedat legitima

Illud exponitur capitulo Cum quidam quoque.

Thomas non fuit dictus quod ille

et mulieri ut alium duceret fa-
cultatem indulsit. Ideoque h. q.
si constiterit quod episcopus inter eos sententiam
divorcii tulit, filios quos sus-
tulit de alio ad quem copulata
fuit, episcopi iudicio minime legiti-
mos iudicetis, et eos hac oc-
casione ab hereditate non pa-
cienter excludi. De [illegible]

Quod nobis [illegible] sig[nificavit] C. [illegible] episcopo.
Qui autem clandestino matrimonio
postmodum ab ecclesia comprobato ge-
niti fuerint, eos legitimos iu-
dices filios et heredes. Ebo-
racensi archiepiscopo.

Referente nobis et nostris [illegible]
R. quod publice honestatis
iusticia proveniente inter
eos stare non potuit contractum
debuit separari, ac per hoc cum
filii per eorum permissionem non per
parentum ignoranciam ex cu-
sentes, ad successionem parentum
bonorum non videntur aliquatenus ad-
mittendi. Idem.

Pervenit sane ad nos ex
insinuatione Lucie, Indu-
[illegible] quod cum inter G. patrem suum
et A. matrem suam matrimonium fuisset
legitime celebratum, et quamdiu
vixerant quiete permanserint,
post illorum decessum quidam
asserentes eam non de legi-
timo matrimonio fuisse suscep-
tam, a paterna hereditate tamquam
illegitimam amovere conantur
et cetera. Itaque si est ita, dictam
Luciam legitimam nuncietis.
Innocentius III.

Per tuas litteras intimasti
quod R. ex muliere quam secundum
opinionem maiorem per plures
annos in concubinam habuerat
prole suscepta quandam per [illegible]
aliam ea defuncta duxit ux-
orem, et ea sine prole sublata
[illegible] aliam copulavit
processu non temporis idem R. in pre-
sencia multorum firmavit pro-
iuramento quod eam quam prius
suam fecerat concubinam, prius affi-
daverat in uxorem, quod ex ea
filium genuisset, et postea dum
ageret in extremis eum quem ex ea
susceperat, in testamento heredem
instituens, legitimum filium
appellavit. Cum autem fuisset
tunc inquisitionem commissum, an
filius sic susceptus legitimus
esset heres ipsius R. et ad ei
patrimonium admittendus, tu
super id quod ex quadam decretali bo-
ne memorie Alexandri pape III statuitur quod
si quis vivo viro et mulieri se
debeat receptis testibus affidave-
derit R. ponentes eum quibus legitime
copulavit predictam R. matrem
suam in capella sancti Sergii
affidasse, eum ipsius R. heredem
esse legitimum iudicasti. Nos igitur
attendentes quod plus est quam in
veritate agitur esse quod simulate
concipitur, licet dictus R. cum ea
dimissa quam ut concubinam ha-
buerat ad alia vota transierit
videatur ipso facto nihilominus quod inter
eos celebratum fuerat, de legibus
[illegible] quod tamen desponsacio precesserat

legitimos comprobata eos fuisse
matrimonialiter coniunctos osten
ditur. sive desponsato ipsi fuit de
presenti ut per consensum legitimum
puta de presenti expressum co
pula matrimonii inter eos fuit
celebrata. sive puta de futuro car
nali copula subsecuta. non enim
decretalis decessoris nostri que in ca
su dissimili loquitur quod inductis
probationibus in continenti teste
processisse legitime. V. franc
tiam auct. ap. confirmates.
Nobili viro montis pessu
lani.

Per venerabilem fratrem nostrum arc
latensem archiepiscopum tua nobis
humilitas supplicavit ut fi
lios tuos legitimationis dig
nare titulo decorare, cum quo
eis quominus et succederent
natalium obiectio non noceret. quod
autem super hoc apostolica sedes plenam habeat
potestatem, ex illo videtur quod
ex diversis causis inspectis cum quibusdam
minime legitime genitis non
naturalibus tantum sed adulterinis
dispensavit. sic ad actus
spirituales illos legitimans ut
possint in episcopos promoveri. ex quo
verisimilius creditur et probabilius
reputatur ut eos ad actus legit
timare valeat seculares, pre
sertim si preter Romanum pontificem inter ho
mines superiorem alium non recog
noscant, qui legitimandi habeat
potestatem. quia cum maior in spiritu
alibus tam prudentia quam auctori
tas et ydoneitas requiratur, quod

in maiori conceditur, licitum esse
videtur et in minori. probat illud quod
id videtur per se probari, cum eo ipso
quod aliquis ad apicem episcopalis digni
tatis attollitur, eximitur a patria
potestate. presbyter etiam simplex episcopo
favente servum alterius in presbyterum
ordinaret, licet ordinator satis
facere domino teneretur, ordinatus tamen
iugum evaderet servitutis.
Videretur siquidem incongruum fu
isse, qui legitimus ad spirituales
fieret actiones, circa secula
res actus illegitimus rema
neret. Verum cum in spiritualibus
dispensatur, consequenter intelligitur
in temporalibus dispensatum. sed
an in patrimonio beati Petri liber
sedes apostolica efficere, in quo et
summi pontificis auctoritatem
exercet et summi principis exequitur
potestatem. Videbatur autem
ex eo tibi maior audacia
postulandi, quia cum rex Francorum
J. Francorum reginam dimisisset
et ex alia postmodum superduc
ta puerum suscepisset et puellam,
et tu similiter ex legitima
superduxisti aliam, ex qua filios
suscepisti. sicut cum filiis re
gis eiusdem, sic cum tuis de
bebat eadem benignitate sedes apostolica
dispensandum. Verum si natura
diligenter inspiciatur non res si
milis sed valde dissimilis inve
nitur. Nam rex ipse a regina
per venerabilem archiepiscopum apostolice sedis
legatum fuit per sententiam separatus.
tu vero uxorem tuam a te

ternitate tua sequitur. Ipse quoque
prius est ad eum prohibito de non
contrahendo cum altera premissis, a-
liam superduxit. ex quo plenius ge-
minam noscitur suscepisse. Sed tu
in contemptum ecclesie aliam super-
inducere attemptasti. Preter-
ea rex ipse quod nimium in proximo
affinitatis obiecta, et coram
prefato archiepiscopo tunc Remensi
cum sententia est cassatum fuit
solummodo quia iudiciarium ordi-
nem non servatum. nos post re-
stitutionem regine alios cog-
nitores duximus deputandos
tibi et uxori tue. meritoque divi-
tium indiscrete obiecturi. cum
si fides thori sit unum de tribus
bonis coniugii, non tamen ipsius
violatio coniugale vinculum vio-
latur. De filiis quoque eiusdem
regis utrum legitimi an il-
legitimi fuerint, quoniam dependet
ex eo affinitatis obiecte.
propter hoc merito dubitari. Si vero
affinitas fuerit comprobata, procul
reginam non esse regis coniugem
apparebit, et per consequens aliam
debuit que legitime copulata
et filios ei legitimos reputare.
Insuper cum rex superiorem in tem-
poralibus minime recognoscat,
sine iuris alterius lesione
in eo se iurisdictioni nostre sub-
icere potuit. in quo videretur
aliquibus quod per se ipsum sicut pater
potest cum filiis, et tamquam princeps
cum subditis potuit dispensa-
re. tu autem nosceris aliis sub-
iacere. Rationibus igitur his in-
ducti regi gratiam facimus requi-
siti. causam tam ex veteri quam ex
novo testamento trahentes. quod
non solum in ecclesie patrimonio, su-
per quo plenam in temporalibus
gerimus potestatem, verum etiam in
aliis regionibus certis causis inspe-
ctis temporalem iurisdictionem casu-
aliter exercemus. Non quod alieno
iuri preiudicare velimus. Sed quia
sicut in deuteronomio continetur. Si
difficile et ambiguum apud te iu-
dicium esse perspexeris inter sangui-
nem et sanguinem, causam et
causam, lepram et lepram, et iudi-
cium inter portas iudicis variari,
veniens ad sacerdotes levitici
generis et ad iudicem qui fuerit illo
tempore, qui iudicabunt tibi iudi-
cii veritatem, et facies quecumque
dixerint qui presunt loco quem elege-
rit dominus. sequerisque eorum sententiam. Qui
autem superbierit nolens obedire
sacerdotis imperio qui eo tempore
ministrat domino deo tuo, decreto
iudicis morietur. Sane cum
deuteronomium lex secunda inter-
pretetur, ex vi vocabuli comprobatur ut
quod ibi decernitur in novo testamen-
to debeat observari. Locus namque
quem elegit dominus apostolica sedes esse
cognoscitur. Cum enim Petrus ur-
bem fugiens exisset volens eum
dominus ad locum quem elegerat revocare,
interrogatus ab eo: Domine quo vadis?
respondit: Venio Romam iterum crucifigi. Quod
intelligens pro se dictum ad locum ip-
sum protinus est reversus. Sunt

